

roborant. Si quando inopia est luti, madefactæ multa aqua pennis puluerem spargunt. Ipsum vero nidum mollibus plumis floccisque consternunt tepesfaciendis ouis, simul ne durus sit infantibus pullis. In fetu summa æquitate alternant cibum. Notabili munditia egerunt excrementa pullorum: adultioresq; circūagi docent, & foris saturitatē emittere. Alterum genus hirundinum est rusticarū & agrestium, quæ raro in domibus, diuersos figura, sed eadem materia consingunt nidos, totos supinos, faucibus porrectis in angustū, utero capaci mirum, qua peritia & occultandis habiles pullis, & substernēdis molles. In Aegypti Heracleoico ostio molē continuatione nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt Stadij fere vnius spatio, quod humano opere perfici non posset. In eadē Aegyptio iuxta oppidum Copton insula est sacra Isidi, quæ ne laceret annis idē, muniunt opere, incipientibus uernis diebus palea & stramento rostrū eius firmantes, continuatis per tridniū noctibus tanto labore, ut multas in opere emori cōstet. Ea militia illis cum anno redit semper. Tertium est earum genus quæ ripas excavant atq; ita internidificāt. Harum pulli ad cinerem ambusti, mortifero fauciu malo, multisq; alijs morbis humani corporis mendentur. Non faciunt hæ nidos. Migrātq; multis diebus ante, si futurum est ut auctus annis attingat. In genere parrarū ē cui nidus ex musco arido ita absoluta perficitur pila, ut inueniri non possit aditus. Argatilis appellatur, eadē figura ex ligno intexēs. Picorū aliquis suspēdit in surculo primus in ramis cyathi modo, ut nulla quadrupes possit accedere. Galgulos quidē ipsos dependentes pedibus somnum capere cōfirmant, quia tutiores ita se sperent. Iam publicum quidem omnium est, tabulata ramorū sustinendo nido prouide eligere, cameraq; ab imbri aut fronde protegere dēsa. In Arabia cinamolgius auis appellatur: cinnami surculis nidificat. Plūbatis eos sagittis decutiunt indigenæ, mercis gratia. In Scythis auis magnitudine otidis, binos parit, in leporina pelle semper in cacuminibus ramorum suspensa. Picæ cum diligentius visum ab homine nidum sensere, oua transferunt alio. Hoc in his auibus, quarū digiti non sunt accommodati completendis transferēdisq; ouis, miro traditur modo. Namq; surculo super bina oua imposito, ac fer ruminato alui glutino, subdita ceruice medio, æqua utring; libra deportāt alio. Nec vero ijs minor solertia, q̄ cunabula in terra faciūt, corporis grauitate phibitæ sublime petere. Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, superne cyaneo, primori subbrutilo. Nidificat in specu sex pedū defossa altitudine. Perdices spina & frutice sic muniunt receptaculum, ut contra feras abūde vallen tur. Ouis stragulum molli puluere cōtumulant, nec in quo loco peperere incubant: ne hie cui frequentior conuersatio sit suspecta, transferūt alio. Illæ quidē & maritos suos fallunt, quoniam intēperantia libidinis frangunt earum oua, ne incubando detineantur. Tunc in-

ter se dimicant mares desiderio feminarum: victum aiunt Venerē pati. Id quidem & coturnices, Trogus & gallinaceos aliquando: Perdices vero à domitis ferros & nouos aut victos iniri promiscue. Capiuntur quoq; pugnacitate eiusdem libidinis, cōtra aucupis in dicem exeunte in præliū duce totius gregis. Capto eo procedit alter, ac subinde singuli, Rursus circa conceptum femina capiuntur, contra aucupum feminam exeutes, ut rixādo abigāt eam. Neq; in alio animali par opus libidinis. Si contra mares steterint femina, aura ab his flante prægnantes sūt. Hiantes autē exerta lingua per id tempus æstuant, concipiuntque super uolantium afflatu, sepe voce tantum audita masculi. Adeoq; vincit libido etiam fetus charitatem, ut illa furtim & in occulto incubans, cum sensit feminam aucupis accedentem ad marem, recanat reuocetq; & vltro præbeat se libidini. Rabie quidem tanta feruntur, ut in capite aucupantiū sepe cæcæ metu sedeant. Si ad nidū is cæperit accedere, procurrit ad pedes fæta, prægrauē aut delumbē sese simulās, subitoq; in cursu aut breui aliquo volatu cadit fracta aut ala aut pedibus: pcurrit iterū, iam iā præhēsūrū effugiēs, spemq; frustrans, donec in diuersum abducat a nidis. Eadē in pauore libera, ac materna vacans cura, in sulco resupina gleba se terræ pedibus apprehēsa operit. Perdiciū vita ad sexdecim annos durare existimatur.

## De columbis.

CAP. XXXIIII.

B his columbarum maxime spectantur simili ratione mores idem, sed pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria. Coniugij fidē nō violant, cōmunemq; seruant domum. Nisi caelebs aut vi dua, nidū nō relinquit. Et imperiosos mares, subinde etiam iniquos ferunt: quippe suspicio est adulterij, quā uis natura nō sit. Tunc plenum querela guttur seuiq; rostro ictus, mox in satisfactione exosculatio, & circa Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio. Amor utriq; sobolis æqualis: sepe & ex hac causa castigatio, pigrius intrante femina ad pullos. Parturienti solatia & ministeria ex mare. Pullis primo saluam terram collectam gutture in ora inspuunt, præparates tempestiuitatem cibo. Proprium generis eius & turturum, cum bibant colla nō resupinare, largeq; bibere, iumentorum modo.

## De palumbibus.

CAP. XXXV.

Viuere palumbes ad xxx. annū, aliquos ad xl. habemus autores, vno tantum incommodo vnguium, eodem & argumēto senectæ, qui citra perniciē reciduntur. Cantus omnibus similis atq; idē, trino conficitur versu, præterque in clausula gemitu: hyeme mutis, vere vocalibus. Nigidius putat, cū oua incubat, sub tecto nominatam palumbem relinquere nidos. Pariunt autem post solstitium. Columba & turtures octonis annis viuunt.

## De passeribus.

CAP. XXXVI.

Contra passeri minimū vite, cui salacitas par. Mares negātur āno diutius durare, argumēto, quia